



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim**

**Innozenz <III., Papst>**

**Parisiis, 1682**

Petro Compostellano Archiepiscopo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-20020**

restitues ipse tibi. Datum Laterani anno duodecimo.

EPISCOPO ET ARCHIDIACONO  
Cumanis.

fol. 15.  
De cibis &  
in matrimonio  
ne cuiuslibet.  
P Reces dilecti filii nobilis viri A. Cumani civis nobis accepimus supplicantibus ut cum M. mulier Cumana, cum qua matrimonialiter per viginti annos & ultra permanuit, consanguinea sua sit, & non solum ipsa Cathara sit effecta, verum etiam ad corrumendum eum & familiam suam pariter & vicinos die nocte laborans, quan- dam sororem suam ad haeresim provocarit, quin immo ipsi viro suo carnali debito de- negato recesserit ab eodem, ac venire ad judicium citata contemnat, eos iudicio faceremus Ecclesiae ab invicem separari. Quocirca discretioni vestra per apostolica scripta mandamus quatenus si est ita, & consanguinitas inter eos legitimè coram vobis accusata fuerit & probata, sublato cuiuslibet contradictionis & appellations obstaculo inter ipsos divortij sententiam promulgetis. Si vero præfata mulier cita- ta legitimè præsentiam vestram adire vel iudicio vestro parere contemperit, cum excommunicationem non timere dicatur, vos nihilominus testes adversus eam à præ- dicto viro productos recipere procuretis. Datum Laterani IIII. Non. Aprilis, anno duodecimo.

ARCHIEPISCOPO SANCTÆ  
R. E. Cardinali & Capitulo  
Mediolanensi.

fol. 17.  
De regno  
Domini de  
Gloria & doce-  
re fratres.  
fol. 17.  
ad 15. &  
fol. 17.  
E X tuarum, frater Archiepiscopi, te- nore accepimus litterarum quod cum dilectus filius Durandus de Osca & quidam alij socij ejus, qui pauperes catholici nun- copantur, ad te cum nostris litteris acce- siffent, eos benignitate debita suscepisti, & quod pro illis tuae fraternitati mandavimus fatagins pro viribus adimplere, quo- dam de societate ipsorum in Italia com- morantes, juxta formam qua idem Du- randus reconciliatus fuerat coram nobis, reconciliasti ecclesiastice unitati. Idem quoque Durandus & socij ejus suis nobis litteris intimarunt quod reconciliatis Ec- clesiæ per te dictis fratribus eorundem, quidam alij ferè centum reconciliari vole- bant, dummodo quoddam pratum quod commune Mediolanense ipsis olim conce- ferat, in quo sua schola constructa con- fuerant convenire ac exhortari fratres ad invicem & amicos, quam bona memori- a prædecessor tuus destrui fecerat dum

essent excommunicationis vinculo inno- dati, & nunc iterum est erecta, ipsis con- cedere velles, ut ad exhortationem mu- tuam faciendam fratribus & amicis liberè valeant convenire. Vnde nobis humilitec supplicarunt ut pratum prædictum eisdem faceremus concedi ad proponendum in schola prefata more sohto verbum Dei. Cùm igitur non propter rem temporalem, sed propter æternam mercedem, recon- ciliari debeant ecclesiastice unitati, cùm nullus salvare valeat extra arcam, petitio- nem hujusmodi non duximus approban- dam, cùm in reconciliatione ipsorum con- ditio non debeat hujusmodi adhiberi. Quo- circa discretioni vestra per apostolica scripta mandamus quatenus si propria sa- luti intruit Deo & Ecclesiae reconciliari voluerint, eos juxta formam qua recon- ciliatus in praefectia nostra Durandus extitit supradictus, & quam tibi, frater Ar- chiepiscopi, per alias litteras nostras ex- pressimus, ipsis in Ecclesiæ gremium reci- pere mansuetudine debita fatigatis, & si demum secundum datam vobis à Deo prudentiam tam ecclesiastice honestati quam eorum saluti videritis expedire, pratum prædictum seu alium locum idoneum, in quo ad exhortandum seipsum & amicos cum timore Domini valeant convenire, concedatis eisdem sine gravi scandalo aliorum, quoniam aliter est cum conversis quam cum perversis agendum. Datum Laterani IIII. Non. Aprilis, anno duodecimo.

PETRO COMPOSTELLANO  
Archiepiscopo.

E X tuarum tenore litterarum acce- pimus quod cum fuerit in concessione pallei tibi dictum ut ipso infra tuam Ec- clesiæ utereris, & tibi tam de mandato regio quam etiam pro Ecclesiæ tua negotiis procurandis frequenter extra tuam provinciam commoranti verecundum sit absque palleo ministrare, cum consuetudo sit, sicut afferis, in Hispania generalis quod Archiepiscopi extra suas provincias palleo indifferenter utantur, ut extra tuam provinciam uti palleo valeas indulgeri ti- bi à sede apostolica postulasti. Licet au- tem usus hujusmodi sit abusus, & consue- tudo talis dicenda sit potius corruptela, & ij graviter offendere dinoscantur qui utuntur palleis extra suas provincias absque licentia sedis apostolicæ speciali, nos tamen in hac parte volentes fraternitati tua facere gratiam specialem, auctoritate

Epist. 18.  
Conceditur ei  
ut pallio uti  
postulare extra  
provinciam.  
Cap. Ex liste-  
rat. De auctor.  
& usu palli.

Qq iij

## 310 Epistolarum Innocentij III.

tibi præsentium indulgemus ut si quando  
necessitate aliqua præpeditus ad Ecclesiam  
tibi subiectam accedere forte nequiveris  
pro confecrandis suffraganeis tuis vel Cle-  
ricis ordinandis, & ad Ecclesiam alienam  
propter hoc te contigerit declinare, dum-  
modo is ad quem eadem Ecclesia pertinet  
id permittat, utendi pallo in iamdictis  
casibus liberam habeas facultatem. Da-  
tum Laterani iv. Non. Aprilis, anno duo-  
decimo.

*FRISIENSIS EPISCOPO, ET  
Priepposito & Decano Mosburgensi  
Frisiensis dioecesis.*

Epiſt. 19.  
De homicidio  
caſuali.

**V**eniens ad præsentiam nostram di-  
lectus filius A. humiliter proposuit  
coram nobis quod cùm apud Bononiā  
causa studij commorans, repertendæ lec-  
tionis occasione ad hospitium H. quon-  
dam sui socij accessisset, dum ambo in fo-  
lario domus starent, & verbis jocosis præ-  
missis idem H. manibus collum ejus com-  
plexus eum deicere conaretur, & ipse dic-  
to H. resistendo caput suum de illius ma-  
nibus abstraxisset, eodem H. in domus  
parietem corridente ac ad terram caden-  
te, cum ipso ejus tibia fracta fuit; qui poſt-  
modum alia superveniente infirmitate,  
per incuriam medicorum in die qua-  
decima expiravit. Quocirca discretioni ve-  
ſtræ per apostolica lcripta mandamus qua-  
tenus, si etsi ita, eidem A. ad cautelam in-  
juncta peccantia competenti, ipsum &  
sua beneficia retinere & ad ordines ſupe-  
riores ascendere absque contradictione cu-  
juilibet permittatis. Quod si non omnes  
&c. tu, frater Epifcope, cum eorum al-  
tero &c. Datum Laterani Non. Aprilis,  
pontificatus nostri anno duodecimo.

*CLAROMONTENSI EPISCOPO.*

Epiſt. 10.  
Vtrum licet  
bona sua dare  
Ecclesiæ pro  
beneficio obti-  
nendo.

**C**um pro beneficiorum ad donatio-  
nem tuam spectantium paucitate pau-  
cissimos possit Clericos, velut afferis, or-  
dinare, à nobis ſollicitè requisisti utrum  
aliqui poſſint de bonis suis in aliquibus Ec-  
clesiis mittere in communī, ut ex hoc be-  
neſiciis institutiſ, tam ipſi quam eorum  
perpetui ſuccellores ad corum titulum va-  
leant canonice promoveri. Super quo tibi  
duximus respondendum quod quamquam  
ſi hujusmodi bona oblata fuerint cum con-  
ditione vel pacto, ut videlicet iſ qui ob-  
tulerit ea, illa poſtmodum pro præbenda  
retineat, & ad ſacros ordines ad titulum  
promoveatur eorum, talis oblato ſeu  
Vide ſuprà lib.  
10. epift. 169. etiam ordinatio fieri non poſſit absque vi-

tio simonia, cùm in talibus omnis pactio  
ac conventione ceſſare debeat juxta canoni-  
cas ſanctiones, ſi tamen purè ac sine pac-  
to & conditione qualibet quicquam offe-  
rat aliqua bona ſua rogans humiliter ut ea  
retinere ſibi liceat pro præbenda & ad ti-  
tulum ordinetur ipſius, proculdubio id fieri  
poterit abſque vitio simoniaca pravita-  
tis. Datum Laterani iii. Non. Aprilis &c.  
ut ſuprā.

*HVGONI ABBATI ECCLESIAE  
ſancta Marie de Ieddevurde ejusque fra-  
tribus tam præſentibus quam futuris cano-  
nicam vitam profectis in perpetuum.*

**Q**uod votiens à nobis petitur quod religio-  
ni & honestati convenire dinoſicitur, De conſi-  
tuo nos decet libenti concedere & pe-  
tentium defideriſ congruum suffragium  
impertiſi. Eapropter, dilecti in Domino fili  
ſili, veſtris justis poſtulationibus clemen-  
ter annuimus, & præfatum Eccleſiam bea-  
tæ Mariae, in qua divino mancipati eſtis  
obſequio, ad exemplar felicis recordatio-  
nis prædecessorum noſtrorum Eugenij,  
Adriani, Alexandri, & Lucij Romanorum  
Pontificum ſub beati Petri & noſtra pro-  
tectione fuſcipimus & præſentis ſcripti pri-  
vilegio communimus. In primis ſiquidem  
ſtatuentes ut Eccleſia veſtra honore ac  
dignitate abbatia juxta institutionem bo-  
na memorie Herberti quondam Glat-  
guenſis Epifcopi & confeſſionem ſuccelli-  
orum ejus perpetuiſ temporibus portauit &  
ordo canonici, qui ſecundum Deum &  
beati Augustini regulam in eadem Eccleſia  
inſtitutus eſt dinoſicitur, perpetuò ibi  
inviolabiliter obſervetur. Præterea qua-  
cunque poſſeffiones, quæcunque bona ea-  
dem Eccleſia in decimis, redditibus, aquis,  
paſcuis, filiis, terris cultis & incultis, vel  
aliis rebus in præſentiarum iuste & canoni-  
cè poſſidet, aut in futurum confeſſionem  
Pontificum, largitate Regum vel Princi-  
pium, oblatione fidelium, ſeu aliis iuste  
modis præſtante Domino poterit adipisci,  
firma vobis veſtrisque ſuccelloribus & illi-  
bata permaneant, in quibus haec propriis  
duxiſimus exprimenda vocabulis. Eccleſiam  
ipſam cum decimis utriusque Gedevurde  
& Langeron & Nefebith &c. uſque ſicut  
chartæ eorum donatorum teſtantur. Sanè  
novalium veſtrorum qua propriis manibus  
aut ſumptibus colitis, ſive de nutrimentis  
animalium veſtrorum, nullus à vobis de-  
cimas exigere vel extorquere præsumat.  
Liceat quoque vobis Clericos & laicos &c.  
uſque retinere. Cūm autem generale inter-